



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Ga 22.30

EISENACH, GERMANY, KARL-
FRIEDRICHS-GYMNA-
SIUM
JAHRESBERICHT VON
OSTERN 1871 BIS OSTERN
1872

6a 22.30

Harvard College
Library



FROM THE FUND GIVEN BY
Stephen Salisbury
Class of 1817
OF WORCESTER, MASSACHUSETTS
For Greek and Latin Literature





1871
Eisenach, Germany - K. F.
Gymnasium.

Jahresbericht

Vol. 455

über das

KARL-FRIEDRICHS-GYMNASIUM

zu

Eisenach, *Germany*

von

Ostern 1871 bis Ostern 1872

erstattet

von dem Direktor

Dr. Karl Hermann Funkhänel,

Grossherzogl. Sächs. Geh. Hofrath und Ritter des Ordens vom weissen Falken I. Abth.

Voran steht

(Edward)
eine Abhandlung des Dr. Gustav Benseler:

Quaestionum Alemanicarum pars I.

EISENACH.

Hofbuchdruckerei.

Ga 22.30.

Jahresbericht

1874, Nov. 12.

KARL-FRIEDRICH-MUSEUM
Salisbury Fund.

Eisenach

Osten 1871 bis Osten 1872

Dr. Karl Hermann Fehnbach

ein Abhandlung des Dr. Gustav Bartsch
Questionum Alchemiarum pars I.

EISENACH

H. Fischer

I.

De Alcmanis vita, indole, carminibus.

In numero haud exiguo poetarum, quorum imagines vetustate et oblivione ita obrutae sunt, ut minime liceat sperare fore ut aliquando studio nostro eas reficere possimus, etiam Alcman poeta Spartanus ponendus est ¹⁾. Quod factum est quum parvo fragmentorum ejus numero plurimorumque obscuritate, tum inopia locorum in scriptis veterum auctorum, quibus laudatus est. Circumscripti vero atque coerciti ut eramus angustis finibus brevis Alcmanis vitae in lexico Suidae exhibitae, — qua de causa olim Welckerus ²⁾ curriculum vitae, quod fragmentis Alcmanis praemittebat, ita componere instituit, ut verba Suidae perscripta libello suo praeponeret singulaque commentaretur et illustraret, — fere solum istum fontem cognitionis nostrae admodum turbidum esse valde doluimus. Quamquam numquam existisse alterum poetam lyricum ejusdem nominis Messenium ³⁾ jam a Welckero ⁴⁾ in perpetuum constitutum et ab omnibus dubitationibus vindicatum est. Nec contentus hunc Suidae errorem detexisse atque in lucem protulisse vir doctus et fontem unde manabat aperuit, confusionem et permutationem nominum *Μεσσοά* et *Μεσσήνη* suspicatus, et causam non rejiciendam hujus erroris esse conjecit Suidam *Μεσσοά* cum simillima voce *Μέσση* confudisse, quod non solum loci cujusdam Laconici, sed etiam totius agri Messenii nomen olim esset ⁵⁾. De patria vero poetae nos, si unum Suidam consuleremus, prorsus falsa in medium prolaturos censeo et ne Welckeri quidem de hac re sententiam probaverim. Is enim, quamvis Alcmanem e Lydia genus ducere concedat, tamen ipsum in Lydia natum esse negat; filium alicujus servi Spartani e Lydia in Laconicam deducti eum dicit ⁶⁾. Ut enim quae Suidas de patria Alcmanis exhibet ⁷⁾, vera falsane sint, in futurum tempus inquirere differamus, dilucide Spartanum genere eum fuisse solus auctor anonymus epigrammatis a Welckero perscripti ⁸⁾ profitetur, quum Leonidas (Tarentinus?) ⁹⁾ et Antipater Thessalonicensis ¹⁰⁾, qui Tiberii imperatoris aetate floruit, id solum testentur, magnam olim

¹⁾ O. Müller, Gesch. d. griech. Litt. I, p. 356. — ²⁾ Fragm. Alcmanis lyrici. Giessen 1815. — ³⁾ *ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Ἀλκμάν, εἰς τῶν λυρικῶν, ὃν ἤνεγκεν ἡ Μεσσήνη*, Suid. v. Ἀλκμάν, quibuscum confer „metrum Messeniacum” a Victorino p. 2522 Putsch. Alcmani attributum. — ⁴⁾ Welck. l. c. p. 3. — ⁵⁾ Strab. 8, 364: τῶν δ' ὑφ' Ὀμήρου καταλεγόμενων τὴν μὲν Μέσσην οὐδαμοῦ δείκνυσθαι φασί· Μεσσοά δ' οὐ τῆς χώρας εἶναι μέρος, ἀλλὰ τῆς Σπάρτας, καθάπερ καὶ τὸ Λιμναῖον. — *ἔνιοι δὲ κατὰ ἀποκοπὴν δέχονται τὴν Μεσσήνην· εἴρηται γὰρ ὅτι καὶ αὕτη μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς*. St. B. v. Μεσσήνη: χώρα δὲ ἡ Μεσσήνη καὶ Μέσση κατὰ ἀποκοπὴν. — ⁶⁾ p. 6: in eam deferimur opinionem, ut Alcmanem natione quidem Lydum fuisse, non tamen in Lydia natum, sed Spartaepotius patre servo ortum esse persuasum habeamus. — ⁷⁾ Suid.: Ἀλκμάν Λάκων ἀπὸ Μεσσοάς, κατὰ δὲ τὸν Κράτητα πταίνοντα Λυδὸς ἐκ Σάρδεων, λυρικὸς, υἱὸς Δάμαντος ἢ Τιτάρον sq.

⁸⁾ Ἀλκμάν ἐν Λυδοῖσι μέγα πρόκειται, ἀλλὰ Δάμαντος ἔστι καὶ ἐκ Σπάρτης Δωρίδος ἀρμονίης.

⁹⁾ Anth. VII, 19: Λεωνίδου.

τὸν χαρίεντι Ἀλκμᾶνα, τὸν ὕμνητὴν ὕμναίων
κύκνον, τὸν Μουσῶν ἄξια μελψάμενον,
τύμβος ἔχει, Σπάρτας μεγάλην χάριν, εἰθ' ὃ γε Λυδὸς
ἄχθος ἀποδέψας οἴχεται εἰς Ἀἴθην.

¹⁰⁾ ib. VII, 18: Ἀντιπάρου Θεσσαλοῦ.

ἀνέρα μὴ πέτρῃ τεκμαίρο· λυτὸς δ' τύμβος
ὕφθῆναι· μεγάλου δ' ὄστέα φωτὸς ἔχει.
εἰδήσεις Ἀλκμᾶνα, λήρης ἐλατήρα Λακαίνης
ἔξογον, ὃν Μουσέων ἐννέ' ἀριθμὸς ἔχει·
καῖσαι δ' ἠπειροῖς διδύμαις ἔρις, εἰθ' ὃ γε Λυδός,
εἶτε Λάκων· πολλὰι μητέρες ὕμνοκόλων.

fuisse inter homines eruditos et, quod conjicere licebit, praecipue inter grammaticos disceptationem, Lydus Alcman an Spartanus esset. Quid, ipsis verbis Suidae: *κατὰ δὲ τὸν Κράττητα πταίοντα*, nonne quodammodo indicatur quaestionem de vera patria Alcmanis in numero tot controversiarum habendam esse, quae, ab Aristarcho et Cratete exorsae, ab utriusque discipulis non solum vario, sed prorsus contrario modo dijudicari solerent? Contra certis verbis Spartae abnegant Alcmanem Vellejus Paterculus ¹¹⁾ et Aelianus ¹²⁾, paullo occultius Himerius ¹³⁾. Sed multo majoris et gravioris quam haec testimonia auctorum admodum recentium et, ut dicam quod mihi persuasi, summi momenti mihi videtur esse epigramma quoddam Alexandri Aetoli, illustris illius poetae Alexandrini, qui sub Ptolemaeo Philadelpho Alexandriae in aula regia floruit. Is enim, si ex similitudine conjicere licet, sicut reliqui poetae Alexandrini doctrinam et scientiam poesis lyricae suam prae se ferendi cupidus, — praesertim quum facultatem carmina Alcmanis legendi bibliotheca ei praeberet et haec carmina in Aegypto admodum pervulgata fuisse hinc concludatur, quod fragmentorum Alcmanicorum omnium amplissimum (fr. XVI ap. Bergk. P. lyr. Gr.) e pyramide Aegyptia nuper erutum sit, — ipsum Alcmanem haec verba de se praedicantem fecit ¹⁴⁾:

*Σάρδιες, ἀρχαῖος πατέρων νομὸς εἰ μὲν ἐν ὑμῖν
ἔτρεφόμεν, κέλους, ἧ τις ἀνὴρ μακίλας
χρυσσοφόρος, ῥήσων καλὰ τύμπανα· νῦν δέ μοι Ἀλκμᾶν
ὄνομα, καὶ Σπάρτας εἰμὶ πολίτης,
καὶ μούσας ἐδάην Ἑλληνίδας, αἶ με τυράννων
θῆκαν Διοκύλειω κρείσσανα καὶ Γύγειω.*

Et magno cum meo gaudio sensi meum a Welckeriano ¹⁵⁾ dissidens iudicium de sententia et tenore hujus epigrammatis cum Muellero iudicio concinere ¹⁶⁾. Putavi enim nequaquam temere me conjecturatum esse, si ratum haberem Alexandrum Aetolum, quum Alcmanem illa verba edentem fingeret, ipsum quoddam carmen poetae Spartani imitari et aemulari. Nam fere loquacem et garrulum, ubi de se ipse et suis fortunis canat, poetam dici posse fragmento XXXIII docemur. Quibuscum omnibus si fragmentum XXV ¹⁷⁾, per quod plus lucis quam per cetera tenebris vitae Alcmanis offusis affertur, conferimus, inde tantum abesse apparebit, ut Alcman filius alicujus servi Lydii Lacedaemone vitam degentis fuerit, — quem de genere gloriari profecto non deceret, — ut Sardibus eum a libero patre eodemque non prorsus ignobili genitum esse nobis sit persuasum. Atqui ipse Suidas quominus quae modo exposita sunt probemus et amplectamur non solum non impediet nos, sed potius ut ea comprobemus permovebit, dummodo eis assentiri velimus, quae Mauricius Schmidtius ¹⁸⁾, ut removerentur quae apud Suidam non concinerent et inter se repugnarent, proposuit. Qui postquam primum vitam Alcmanis apud Suidam exstantem e libro Didymi Aristarchei ¹⁹⁾ π. ποιητῶν manasse statuit, Vellejum, quamvis contrariam opinionem de Alcmanis patria haberet, etiam Aristarcheum fuisse arguit, viam saepius viris doctis ad corruptos locos lexicis illius sanandos probatam adhiberi voluit et verbis vitam illam incipientibus transpositis ejus initium sic legendum esse censuit: *Ἀλκμᾶν Λυδὸς ἐκ Σάρδεων, κατὰ δὲ τὸν Κράττητα πταίοντα Λάκων ἐκ Μεσσοῦς*.

¹¹⁾ 1, 18: neque hoc magis miratus sim quam neminem Argivum, Thebanum, Lacedaemonium oratorem, aut dum vixit auctoritate, aut post mortem memoria dignum existimatum, quae urbes et multae aliae talium studiorum fuere steriles, — nam Alcmana Lacones falso sibi vindicant. — ¹²⁾ v. h. 12, 50: *Λακεδαιμόνιοι μουσικῆς ἀπειρώς εἶχον· ἔμελε γὰρ αὐτοῖς γυμνασίων καὶ ὄπλων. εἰ δὲ ποτὲ ἐδεήθησαν τῆς ἐκ μουσῶν ἐπικουρίας — μετεπέμνοντο ξένους ἀνδρας. — μετεπέμψαντό γε μὴν Τέρπανδρον καὶ Θάλητα καὶ Τυρταῖον καὶ τὸν Κυδωνιάτην Νυμφαῖον καὶ Ἀλκμᾶνα. [ἀνύφδδς γὰρ ἦν.]* cfr. ad verba extrema Welck. l. c. p. 5. — ¹³⁾ Or. 5, 3: *Ἀλκμαίων (l. Ἀλκμᾶν) δ' ὁ τὴν Λάκων ἴερον Λυδίοις κερᾶσας ἤμασιν.* — ¹⁴⁾ Plut. exil. 2. — ¹⁵⁾ l. c. p. 4. — ¹⁶⁾ l. c. p. 349.

¹⁷⁾ οὐκ εἰς ἀνήρ ἀγροικὸς οὐδὲ
σκαιὸς οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν
οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος
οὐδ' Ἐρσοικαῖος οὐδὲ ποιμὴν,
ἀλλὰ Σαρδίων δπ' ἀκρᾶν.

¹⁸⁾ Philol. XVIII, p. 226. — ¹⁹⁾ Id jam verbis *κατὰ τὸν Κράττητα πταίοντα* indicatur.

E Lydia Alcman, priusquam pubesceret²⁰⁾, Spartam deductus est, seu captivus seu quam aliam fortunae jacturam perpeusus, ibique aliquod tempus vitam servilem in domo Agesidae Spartani egit. Quae quum testimonio fide dignissimo Heraclidae Pontici²¹⁾ niterentur, jure a Bergkio²²⁾ quae ten Brink²³⁾ de alio et novo illius domini Spartani nomine se reperisse profitebatur refutata sunt. Mox vero Alcman et antequam in ipso aetatis flore esset in libertatem vindicatus est, quod non tam propter poeticam ejus indolem factum esse putaverim, quam quod musicae artis esset peritissimus. Qua in arte id videtur appetuisse, ut, quamvis caveret ne gravitate et simplicitate antiqua jam Terpandro probata excederet, tamen novitates quasdam amoenitate refertas admisceret²⁴⁾. Quo in opere adjutus sine dubio est Lydia sua origine, quum a pueris Lydi musica arte imbui solerent²⁵⁾. Quamquam id quoque nobis persuasum est, numquam Alcmanem modos Graecos prorsus reliquisse, numquam lingua barbara usum, numquam desiisse discipulum, famulum, vatem musarum Graecarum esse²⁶⁾. Tunc factum est, ut nomen Lydium nobis non traditum, quod ei usque ad hoc tempus fuerat cum genuino Spartano *Ἀλκμάνων*²⁷⁾ sive *Ἀλκμάνων*²⁸⁾, quae est forma ex *Ἀλκμάνων* contracta solennior et praeter quam etiam tertia quaedam et ea Ionica *Ἀλκμείων*²⁹⁾ exstitisse videtur, permutaret et civitate Spartana donaretur³⁰⁾. Civis ubi factus est, *Μεσσοῦ* aut *Μεσσοῦ* tribui est addictus, ex quo jure *ἀπὸ Μεσσοῦ*³¹⁾ dici poterat. Rem ita se habuisse nec sub voce *Μεσσοῦ* de vico ejusdem nominis Laconico — quod saltem licere O. Muellerus³²⁾ Welckero concesserat, — sed de tribu Spartana cogitandum esse Strabone³³⁾, Stephano Byzantio³⁴⁾, Pausania³⁵⁾ testibus usi censuimus.

Floruisse autem Alcman, si chronico Eusebii Hieronymi³⁶⁾ crederemus, anno IV olympiadis XXX, qui annus, quum in regnum Ardyis regis — vita is excessit a. DCXXIX a. Chr. n., — quo regnante floruisse traditur, incaderet, minime Suidae testimonio adversaretur, qui Alcmanem circiter olympiadem XXVII fuisse narrat³⁷⁾. Quae quum perpendisset Welckerus, arbitratus est Alcmanem jam anno DCLXX a. Chr. n. viguisse³⁸⁾. Nos autem, si quae diserte Plutarchus³⁹⁾ de ejus aetate memoriae tradidit, secundum quem et Alcman et Pindarus Polymnesti musici in cantilenis suis mentionem faciebant, animo nobiscum reputaverimus, si porro consideraverimus hunc Polymnestum in Thaletam circiter annum DCXX florentem⁴⁰⁾ Lacedaemoniis carmen pepigisse⁴¹⁾, eo potius inclinabimus, ut cum O. Muellero et nonnullis veteribus annalium et temporum scriptoribus⁴²⁾ Alcmanis florem in olympiadem XLII vel annum DCXII a. Chr. n. transferamus. Hoc vero est id tempus, quo Messeniis debellatis Spartani otio jucundissimo et magna vitae tranquillitate fruebantur⁴³⁾. Huc accedit quod cum hoc tempore *κέλητος Ἐνεϊκοῦ* concinit mentio, quam poeta facit in fragmento nuper demum eruto⁴⁴⁾; nam demum ab olympiade XXXIII in

²⁰⁾ *εἰ μὲν ἐν ὕμνῳ* (sc. Sparta) *ἐτραφόμενος*, Al. Aet. l. s. c. — ²¹⁾ de reb. publ. fr. 2 in Muell. fr. h. Gr. II, p. 210: *τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν τινὲς Ἀνκούργου προσάπτουσι πᾶσαν· ὁ δὲ Ἀλκμάν οἰκίτης ἦν Ἀγησίδα, εὐφυῆς δὲ ὢν ἠλευθερώθη καὶ ποιητὴς ἀπέβη, quibuscum conferas ἔχθος ἀπορρήψας, Leonid. l. c., ἀπὸ οἰκειῶν, Suid. l. c. — ²²⁾ Philol. XXII, 1 sq. — ²³⁾ Philol. XXI, 126. — ²⁴⁾ Plut. mus. 12: *ἔστι δὲ τις καὶ περὶ τῶν ἑνθμῶν λόγος· γένη γὰρ τινα καὶ εἶδη ἑνθμῶν προσεξευρέθη, ἀλλὰ μὴν καὶ μελοποιῶν τε καὶ ἑνθμοποιῶν, προτέρα μὲν γὰρ ἢ Τερπάνδρου καινοτομία καλὴν τινα τῶν εἰς τὴν μουσικὴν εἰσήγαγε· Πολυμνήστου δὲ μετὰ τὸν Τερπάνδρου τῶν τῶν, ὃ καὶ ἐχρήσατο, καὶ αὐτὸς μέντοι ἐχόμενος τοῦ καλοῦ τύπου, ἀσάτως δὲ καὶ θαλάσσης καὶ Σακάδας· καὶ γὰρ οὗτοι κατὰ γὰρ τὰς ἑνθμοποιίας ἱκανοί, οὐκ ἐμβαίνοντες μὲν τοῦ καλοῦ τύπου. ἔστι δὲ τις Ἀλκμανικὴ καινοτομία (καὶ) Σησιγόριος, καὶ αὐταὶ οὐκ ἀφροσώσαι τοῦ καλοῦ. — ²⁵⁾ Welcker. l. c. p. 6. Lydiam redolet fr. 82: *Φρύγιον ἀύλησεν μέλος Κερβήσιον. — ²⁶⁾ καὶ Μούσας δάδην Ἑλληνίδας, v. supra p. 2. — ²⁷⁾ νῦν δὲ μοι Ἀλκμάν ὄνομα ib. — ²⁸⁾ Arcad. p. 8. Ahr. D. D. §. 24, 5. Welck. p. 1. — ²⁹⁾ Hesych.: *Ἀλκμείων· τὸν Ἀλκμάνου, et cfr. notam sub linea. — ³⁰⁾ καὶ Σπάρτας εἶμι πολίτης p. 2. — ³¹⁾ O. Muell. l. c. p. 349, not.: *Mesoa war eine der Phylen von Sparta, die auf Abtheilungen der Stadt beruhten. Memoratur etiam λόγος Μεσοῦς in schol. Thuc. 4, 8 et legitur Μεσοῦς C. I. I, 1338. — ³²⁾ O. Muell. l. c.: *Doch könnte damit auch nur der Wohnort Alkmans in diesem Flecken bezeichnet sein. — ³³⁾ Strab. l. c.: *Μεσσοῦν οὐ τῆς χώρας εἶναι μέρος, ἀλλὰ τῆς Σπάρτας, καθάπερ καὶ τὸ Λιμναῖον. — ³⁴⁾ l. c.: *ἔστι καὶ φυλὴ Λακωνικὴ. — ³⁵⁾ 3, 16, 9: *τοῦτο δὲ οἱ Λιμναῖοι Σπαρτιατῶν καὶ Κυνοσουρεῖς καὶ ἐκ Μεσοῦς τε καὶ Πιτάνης θύοντες, quae omnia nomina fuerunt tribuum Spartanarum. — ³⁶⁾ Welck. p. 7. — ³⁷⁾ Suid. l. c.: *ἦν δὲ ἐπὶ τῆς κζ' Ὀλυμπιάδος. — ³⁸⁾ l. c. p. 7: *Alcman floruit circa a. 670 a. Chr. n. — ³⁹⁾ mus. 5: *τοῦ δὲ Πολυμνήστου καὶ Πίνδαρος καὶ Ἀλκμάν, οἱ τῶν μελῶν ποιηταί, ἐμνημόνευσαν. — ⁴⁰⁾ O. Muell. l. c. p. 286. — ⁴¹⁾ Paus. 1, 14, 4: *Θάλητα δὲ εἶναι φησι Γορτύνιον Πολυμναστὸς Κολοφῶνιος ἐκ Λακεδαιμονίων ἐς αὐτὸν ποιήσας. — ⁴²⁾ Euseb. ad ol. XLII: *Ἀλκμάν κατὰ τινὰς ἐγνωρίζετο. — ⁴³⁾ O. Muell. l. c. — ⁴⁴⁾ fr. 16, 2, 16: *οὐχ ὄρης, ὁ μὲν κέλης — Ἐνεϊκός, et q. n.***************

Indis celebrandis ejusmodi cursoribus Lacedaemonii feruntur usi esse ⁴⁵⁾. Senem se ipse appellat semel in fragmento XXVI ⁴⁶⁾. De morte poetae quod primum ab Aristotele ⁴⁷⁾ traditum, tum a Plutarcho ⁴⁸⁾, Antigono Carystio, Plinio ⁴⁹⁾ repetitum est, pediculis seu phthiriasi morbo eum obiisse, ut eodem studio quo Welckerus ⁵⁰⁾ refutaremus, eo animum inducere nequivimus.

Sepultus erat Spartaе juxta delubrum Sebri herois ab eo carminibus celebrati ⁵¹⁾, quod sepulcrum Pausanias se vidisse tradit ⁵²⁾. Inter statuas Constantinopoli in honorem celeberrimorum poetarum in gymnasio publico collocatas Alcmanis quoque fuisse Christodemus enarrat ⁵³⁾.

De carminibus Alcmanis jam quondam ab O. Muellero ⁵⁴⁾, novissimo tempore a Bergkio ⁵⁵⁾ haec patefacta et in medium prolata sunt, praeter mythos Spartaе proprios, quibus mythum de Dioscuris ⁵⁶⁾ inprimis annumeramus, poetam fabulas praecipue ex Homeri carminibus haustas retractasse, clarissimum illum vatem semper imitatum atque aemulatum, quamvis ubique caveret, ne quae epicis quidem cantilenis accommodata atque adaequata sunt, a genere lyricarum discrepant, a se confunderentur; indicatur illud ab Aeliano ⁵⁷⁾, hoc quicumque fragmenta perlustraverit agnoscet. Et partheniorum ⁵⁸⁾, quod genus carminum ab Alcmane fortasse inventum, certe litteris Graecis primo mandatum est ⁵⁹⁾, quae natura et qualis esset, post fragmentum illud nuper inventum XVI, quippe quod ipsum esset tale parthenium, diutius dubitare non possumus. Erat enim usque ad novissima tempora huic carminum generi nox offusa tam caliginosa, ut Welckerus, integro non exstante exemplo, ad eorum rationem enucleandam illustrandamque tantum conjecturis ex libera et fere virili Lacaenarum puellarum virginumque educandarum ratione indoleque inde illis instillata formatis eisque admodum incertis cogere uti ⁶⁰⁾. Carmina erant, a choro virginum cantata, in honorem deorum atque heroum condita, blanditiis laudibusque cantantibus a poeta tributis intertexta; inde a grammatico veterē his verbis definita sunt: *εις θεούς γραφόμενα και ανθρώπων περιελθρον έπαίνους* ⁶¹⁾.

Denique de metrorum ratione in fragmentis jam diutius exstantibus adhibita Welckerus ⁶²⁾, de metris novissimi fragmenti Bergkii ⁶³⁾ quae monenda erant tam diserte exposuerunt, ut metris praetermissis nobis jam ad alteram quaestionem transire liceat, quam instituere decrevimus:

⁴⁵⁾ Paus. 5, 8, 8: *ογδόη δὲ ἀπὸ ταύτης* (sc. 25.) *ὀλυμπιάδος ἐδέξαντο παγκρατιαστὴν τε ἄνδρα καὶ ἵππον κέλεια*, cfr. Bergk. Philol. XXII, 8 sq. — ⁴⁶⁾ *οὐ μ' ἔτι — γνῖα φέρειν δύναται*. — ⁴⁷⁾ hist. an. 5, 31: *ἐνίοις δὲ συμβαίνει τῶν ἀνθρώπων νόσημα, ὅταν ἡγρασία πολλὴ ἐν τῷ σώματι ᾗ· καὶ διεφθάρησάν τινες ἤδη τοῦτον τὸν τρόπον* (sc. phthiriasi), ὡσπερ Ἀλκμᾶνά τε φασί, τὸν ποιητὴν. — ⁴⁸⁾ Syll. 36: *λέγεται δὲ τῶν μὲν πάντων παλαιῶν Ἀχαιοῖν ἀφειριάσαντα — τῶν δὲ ὑστέρων Ἀλκμᾶνα τὸν μελοποιόν*. — ⁴⁹⁾ h. n.: jam in carne exanimi et viventium quoque hominum capillo, qua foeditate et Sulla dictator et Alcman ex clarissimis Graeciae poetis obiere. — ⁵⁰⁾ l. c. p. 14. — ⁵¹⁾ fr. 16, 1, 3: *Ἐναρσφόρον τε καὶ Σίβηρον ποδάκη*. — ⁵²⁾ 3, 15, 2: *τοῦ Σεβρίου δὲ εἶσιν ἐν δεξιᾷ μνημα Ἀλκμᾶνος*. — ⁵³⁾ Ecphr. 388 (Anth. II, 388):

*ἴστατο δ' Ἀλκμᾶνων κεκλημένος οὐνομα μάντις.
ἀλλ' οὐ μάντις ἔην ὁ βοῶμενος, οὐδ' ἐπὶ χαιτης
δάφνης εἶχε κόρυμβον· ἐγὼ δ' Ἀλκμᾶνα δοκεύω,
ὅς περ ἐὺφθογγότο λύρης ἠσκήσατο τέχνην
Λαίριον εὐκελᾶδοισι μέλος χορδῆσιν ὑφαίνων.*

⁵⁴⁾ l. c. — ⁵⁵⁾ Philol. XVI, 590. XXII, 1 sq. — ⁵⁶⁾ fr. 12—17 reliquiae sunt hymni in Dioscuros compositi, cfr. Paus. 1, 41, 4, 3, 18, 6. — ⁵⁷⁾ h. an. 12, 3 (fr. 110 Bgk.): *Ὅμηρον μὲν οὐκ ἄν φέροιτο αἰτίαν*. — ⁵⁸⁾ Plut. mus. 17: *οὐκ ἠγγόσει ποιητὴς γὰρ· καὶ Ἀλκμᾶν δὲ μιμούμενος ἐν τοῖς τοιοῦτοις Ὅμηρον οὐκ ἄν φέροιτο αἰτίαν*. — ⁵⁹⁾ Plut. mus. 17: *οὐκ ἠγγόσει* (sc. Plato) *δὲ ὅτι πολλὰ Λαίρια Παρθένεια ἅμα Ἀλκμᾶνι καὶ Πινδάρῳ καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Βακχλίδῃ πεποιήται*. — ⁶⁰⁾ „quorum nemo ipso vetustior innotuit auctor”, Welck. — ⁶¹⁾ p. 10: „quale fuerit multorum Alcmanis partheniorum argumentum, quis halitus, tractandi modus et indoles —, ex iis aliquo modo divinare licet, quae de virginibus Spartanis a veteribus tradita sunt; — facile in animum inducas admodum multiplex et varium totum hoc fuisse τῶν παρθενείων genus et facile colligas nos in amatoria hujus poesis parte — multa tamquam singularia et priva esse miraturos.” — ⁶²⁾ cfr. Bergk. in Philol. XXII, 2. — ⁶³⁾ p. 11 sq. — ⁶⁴⁾ Philol. XXII, 2 sq.

II.

De digammate et aeolismis apud Alcmānem occurrentibus.

Dorica dialecto Alcmānem usum esse testantur Apollonius ¹⁾, Joannes grammaticus ²⁾ eumque secutus Gregorius Corinthius ³⁾, Pausanias ⁴⁾. Quae quamvis ita se habeant, tamen Welckero ⁵⁾ „laconismum ubique restitui vetari variatione et licentia quadam in dialectorum formis eligendis et aliquatenus miscendis plerisque poetarum usitata” asserenti non possumus facere quin assentiamur. Quae autem de digammate Apollonius Dyscolus ⁶⁾ statuit his verbis: καὶ Ἀλκμᾶν δὲ συνεχῶς αἰολίζων φησὶ τὰ *Feà* κάδεα, ea falsa esse et Welckerus ⁷⁾ et Ahrensius ⁸⁾ demonstraverunt, Alcmānem, quum digammate uteretur, tantum veterum hominum ac praecipue poetarum morem secutum arguentes. Legitur autem in initio vocabulorum apud poetam his locis: *Fánaξ* 16, 1, 16. 86, 2; *Fánaσσα* 51; *Fá* (sec. Welck. et Bekkerum *Feá*) 99; *Fέκατι* 36, 1; *Fέθεν* 69; *Fήρ* 76, 3, quamquam ejusdem vocis genitivus fr. 26, 4 *είυρος* sonat; *Φαργύριον* 16, 2, 21; *Φιανοφόρος* 16, 3, 1; *Φαρήσιος* 16, 2, 21. Quorum *Fánaξ* et *Fánaσσα* digammate instructa fuisse satis constat, quippe quod et in multis aliis exemplis et in Hesychiano βάννας· βασιλεὺς παρὰ Ἰταλιώταις servatum sit. Nec secius constat de digammate vocabulorum *Fá* ⁹⁾, *Fέκατι* ¹⁰⁾, *Fέθεν* ¹¹⁾, quum Latinum „ver” etiam de antiquo Graeco *Fήρ* quominus dubitemus prohibeat. *Φαργύριον* vero qua ratione digammate instructum sit a Bergkio ¹²⁾, non intelligere me confiteor, quum neque ἄργυρος neque cognatae voces ullum usquam consonae illius vestigium prodant; cfr. quae Curtius ¹³⁾ de hujus vocis origine e radice Sanscritica bha protulit. E bha vero secundum leges linguae Graecae diligenter observatas minime *φα*, sed tantum *φα* fieri potuit, quae radix *φα* apparet in verbo φαίνω. Ob similem causam repudiandum est digamma vocis *Φαρήσιος* ¹⁴⁾ — nam Ζηρς quoque voci haec consona jure abjudicata est ¹⁵⁾, — tam diu saltem, quoad aliquod ejus testimonium fide dignum sive e titulo sive aliunde allatum erit. *Φιανοφόρος*, „sive *Φιανοφόρος* malis” ¹⁶⁾, a Bergkio comparatur cum Antimachi *ἐανηφόρος* ¹⁷⁾, cui voci digamma antiquitus insitum fuisse non solum licet existimare, sed constat, quamvis fortasse etiam *ιανοφόρος* digammate carens vel rectius abjecto scribi possit duobus glossematis Hesychii collatis: *ιανόν· ἰμάτιον*; *ιανόχροκα· λεπτά*. In mediis vocibus praebent digamma *δάφιος* 79; *ταFώς* 16, 3, 3; *εὐFάλιος* 16, 2, 7. Et *δάφιος* quidem vocis digamma non modo Priscianus distincte testatus est ¹⁸⁾, sed etiam Curtius ¹⁹⁾ et Ahrensius ²⁰⁾ e radice hujus vocabuli *δαF*, cfr. *δα-ι-ω*, i. e. incendo, protulerunt; tum in *ταFώς*, *ταώς* — in charta scilicet est ἄλλου τως εἰδης — Latina vox *πανο* Graeci vocabuli digamma tuetur ²¹⁾, siquidem recte Bergkius versum restituit; denique in *εὐFάλιος* digamma — charta *ρεῖγάλιον* praebet — vocabulis Doricis *ἄβώ*, *ἄβώρ*, *ἄβέλιος* ²²⁾ nititur, ut confitendum sit licuisse Alcmāni *εὐFάλιος* voce uti. In *ο* transit digamma in *δοάν* pro vulgari *δῆν* fr. 135, eodem modo, quo Cretense oppidi *Fάξος* nomen a reliquis Graecis *Ῥαξος* et pronuntiabatur et scribebatur. *δῆν* enim e *δFαν*, *δFην*, *δFαν* natum et formam *δFαν* accusativum e stirpe *δFα*, i. e. dies, deductum esse Curtius, Benfey, L. Meyer ostenderunt ²³⁾. Contra formis vere Aeolicis adjungendum est *αὐειρομένοι* fr. 16, 2, 29 — charta habet *αν ειρομένοι*, — quod Bergkius aptissime loco vulgaris *αειρομένοι* ex antiquissimo *ἄ-σφερομένοι* nati ²⁴⁾

¹⁾ Apoll. synt. 3, 31: αἰολίζεται τὰ Ἀλκμαίων ποιήματα, διαρίζεται τὰ Ἀλκμᾶνος. — ²⁾ et ³⁾ Joann. Gramm. ad calcem Theas. Gr. Stephaniani p. 13 exque eo Gregor. Cor. p. 371; Welck. p. 14. — ⁴⁾ 3, 15: οὗτι τῶν Ἀλκμᾶνι ποιήσαντι ἔματα οὐδὲν ἐς ἡδονὴν αὐτῶν ἐλυμήνατο τῶν Λακωνίων ἢ γλώσσα, ἥμισα παρεχομένη τὸ εὐφωρον. — ⁵⁾ p. 14. — ⁶⁾ 136, C, 1. — ⁷⁾ p. 14: digamma enim omnibus dialectis fuisse constat. — ⁸⁾ „Alcman, qui digammi usum potius e Laconica dialecto arripuit quam ex Aeolica”, de dial. II, p. 41. — ⁹⁾ Ahr. II, 262. — ¹⁰⁾ Curt. „Grundzüge d. gr. Etym.”, ed. alt. p. 126. — ¹¹⁾ Ahr. I, 31. — ¹²⁾ Poet. lyr. Gr. ed. tert. III, 835: τὸ Φαργύριον scripsi, in charta est τὸ ἀργύριον. — ¹³⁾ l. c. p. 157. — ¹⁴⁾ Bergk. l. c.: in charta *Fάνακτα φαρήσιον* est, — hic quoque Aeolicam litteram *φαρήσιον* restitui. — ¹⁵⁾ Curt. p. 306: Die Vergleichung mit skt. varljās (vara-s, eximius) beruht auf der gänzlich unbegründeten Annahme eines *f*. — ¹⁶⁾ Bgk. l. c. — ¹⁷⁾ l. c. p. 836; in charta est: *ιανοι αρων*. — ¹⁸⁾ I, 21: inveniuntur etiam pro vocali correpta hoc digamma illi usi, ut Alcman καὶ χ. κιλ. — ¹⁹⁾ p. 209. — ²⁰⁾ II, p. 41. — ²¹⁾ Curt. p. 435. — ²²⁾ Hesych.: *ἄβώ· πρώτῃ, Λάκωνες; ἄβώρ· [βο]ήως, Λάκωνες; ἄβέλιον· ἦμιον, Δρῆτες*. — ²³⁾ Curt. p. 501. — ²⁴⁾ Curt. p. 318: *δείρω* Stamm *δFερ*, der aus *ἄ-σφερ* mit prothetischem *ἄ* entstanden ist und dessen zahlreiche Verzweigungen sich aus dem Begriffe „schweben, schweben machen” sämtlich sehr gut entwickeln.

scripsit, digammate, ut mos erat Aeolum, in *v* mutato. Quae mutatio, quum rarissima sit in Doride, nam *Λαυαγέτα*, C. I. 1460, nomen proprium unum ejus esse Doricum exemplum Ahrensius statuit²⁵⁾, jure a nobis aeolismis in Alcmanis carminibus repertis attribuetur. In eorundem aeolismorum numero participia feminini generis in *οισα* loco vulgaris *ουσα* terminata ponenda erunt, ut *φέροισα* 18, 1; *φεροίσαις* 16, 2, 27; *λιποίσα* 23; *ἔχοισα* 34, 3; *ἐπιστέφοισαι* 74, 2; *σαλασσομέδοισα* 84, quibus Pindari quoque carmina abundant et quae cuncta secundum leges dialecti Aeolicae ab Ahrensi I, p. 71 illustratas a vetustiore terminatione *ουσα* originem ducunt, quum Dores eadem participia in *ωσα* terminare solerent, quod apparet ex tabularum Heracleensium *ἄγωσα* 1, 16; *ῥέωσα* 1, 130²⁶⁾. Nec minus Aeolidem spirat vulgaris consona ζ in *σδ* permutata, quod factum est his septem exemplis: *κισθαρίσδειν* 35; *παίσδει* 38, 1; *τράπισσαι* 74, 1; *μάσδων* 84; *μελισσομένην* 98; *ῥόδοντα* 117; *ἀγλίσδει* 123. Quibus rationibus et conditionibus ζ in *σδ* in dialecto Aeolica transire potuerit, idem Ahrensius I, p. 47 explanavit. In mediis saltem vocibus Dores ζ non in *σδ*, sed in *δδ* permutare consueverunt²⁷⁾. Digamma non retinuit Alcman in vocabulo *ἀηδών* 16, 2, 24, quod olim *ἀΐηδών* sonuisse Hesychnianum *ἀβηδών* docet. Utrum denique littera β vocis *μάβως* 44 e vetusto digammate nata an genuina sit, in vocabulo originis et notionis pariter obscurae dijudicare non audemus.

²⁵⁾ II, 51. — ²⁶⁾ cfr. Ahr. II, 155 sq. — ²⁷⁾ Ahr. II, 96 multa laudat exempla.

III.

De vocalium et diphthongorum mutationibus in carminibus Alcmanis exhibitis.

1) Breves vocales mutatae.

a) *a* e more Dorum loco vulgaris *ε*¹⁾ usurpatum bis apud Alcmanem exstat: primo loco in *ἐγώργα* 2, 1; 51, i. e. *ἐγώργε*, forma aucta pronominis primae personae, qua in voce *a* littera *ε* antiquius et a Doriensibus tantum servatum, non novatum esse e Sanscritica forma *gha*, i. e. Gr. *γέ*²⁾, apparet; tum in *πίλω* (*ἐπιλαζεν* 44), i. e. *πιλλω*³⁾. Atque *ε* correpti causa hoc verbum ab eadem stirpe qua *πίαρ*, *πίαρός*, *πίασμα* deducere quamvis vix audeamus, tamen id propter *a* litteram formae Doricae pro certo affirmabimus, non probanda esse quae Doederleinus in glossario suo conjecerit, quum *πιλλω* per metathesim ex *ἐπιλλω* ortum esse suspicaretur.

b) *a* Dorice pro *o*, si Ahrensi credimus⁴⁾, Alcman usus est fr. 44, quum *κάρρα* pro vulgari *κόρρη* diceret. Si vera sunt quae Ahrensius conjecit, utraque vox derivanda est a radice *kar*, cui tendendi inest notio⁵⁾, quae in verbo Graeco ex eadem radice propagato *κέρ-γω*, i. e. *κέρω*, Aeol. *κέρρω*, exstat. Alterum ejusdem permutationis exemplum esset vox *Στεγανόποδες* fr. 118 pro vulgari *Στεγανόποδες*, si conjecturam Bergkii⁶⁾ probarem. Quum vero et Strabo⁷⁾ et Hesychnius, e quorum libris fragmentum CXVIII a Bergkio in textum suum receptum est, *o* litteram exhibeant, prorsus me latet, quid Bergkium, ut *o* in *a* mutaret, commoverit.

c) *ε* litterae *ε*⁸⁾ Alcman in uno *Ἔσσηδόνες* fr. 136, nomine gentis cujusdam, quae a reliquis *Ἰσσηδόνες* vocatur, praetulit. At femininam hujus nominis formam etiam alii scriptores *Ἔσσηδονίς*, non *Ἰσσηδονίς* videntur scripsisse⁹⁾.

d) *ε* loco vulgaris *ε* — cujus mutationis exempla dialectus quum Dorica, tum imprimis Laconica satis multa praebet¹⁰⁾ — ab Alcmane legimus usurpatum in vocabulo *σιός*, i. e. *σιός* (*σιών* 16, 1, 14;

¹⁾ Exempla multa laudat Ahr. II, 113 sq. — ²⁾ Curt. 469; Ahr. II, 248. — ³⁾ cfr. Ahr. II, 116. — ⁴⁾ II, 120: *κάρρα* fortasse pro *κόρρη*. — ⁵⁾ Curt. p. 136. — ⁶⁾ P. I. Gr. III, p. 865: Alcman autem non hac forma videtur usus esse, sed aut *Στεγανόποδας* aut *Στεγνόποδας* dixit. — ⁷⁾ I, 43. 7, 299. — ⁸⁾ cfr. Ahr. II, 120, qui *Σκυαίν*, i. e. *Σκυαίν*, affert. — ⁹⁾ St. B. v. *Ἰσσηδόνες*: *εὐρίσκειται δὲ ἡ δευτέρα παρ' ἄλλοις διὰ τοῦ ε*. — ¹⁰⁾ Exempla exstant ap. Ahr. II, 121 sq.

16, 2, 2) ejusque composito *ἡμίσιος* 16, 1, 7, praeterea in *Γιανοφόρος*, quod jam supra ab *ἰανόν* vel *ἰανόν*, quae nata sunt e radice *vas* in verbo *ἔννυμι* exstante, derivavimus. De *σιός* et similibus exemplis cfr. Ahrensiū II, p. 121.

e) *ε* pro *ο*¹¹⁾ est in vocabulo *γεργύρα* Alcmani fr. 132 loco vulgaris *γοργύρα* probato. Quum *γοργύρα* sint τὰ ὑπὸ τῆν γῆν ὀρύγματα, haec vox respondet voci Sanscriticae *g'arg'aras*, cujus notio lingua nostra per *abgelebt, zerfetzt, gespalten* redditur¹²⁾.

f) *υ* vocalem *ο* praeferre solebant Lesbii; quum vero idem mos non prorsus alienus esset a Doribus¹³⁾, *δρυμα* fr. 27 inter aeolismos referre dubitavimus.

2) Longae vocales atque diphthongi mutatae.

a) *α* loco *η* dialecti Ionicae, quod ipsum ex antiquiore *α* ortum est¹⁾, praebent primo loco terminationes declinationis primae et articuli formae femininae: *ά* 7 et saepius; *τάς* 16, 2, 18; *τῆ* 70; *ἄν* 84; *αὔτα* 16, 2, 11; *χαίτα* 16, 2, 17; *Γᾶ* 16, 1, 15; *Σεράπνυς* 4; *ἀλκᾶ* 16, 1, 15; *ἀμέραν* 16, 2, 4, multa alia, inter quae sunt *Νυρσίλα* 21 genitivus nominis proprii *Νυρσίλας*; *βιατάν* 16, 1, 4; *ἀγρέταν* 16, 1, 8; *ἀργιφόνταν*, *κορυστάν* 16, 1, 5, accusativi; *Λατοῖδα* 19, vocativus. Expedire nequeo *ἱπποσύβην* 16, 2, 25, quum neque alibi usquam hoc vocabulum exhibeatur neque *ην* Dorica terminatio esse queat. Quibus commoveor, ut vocem quam conjiciendo ten Brink proposuit *ἱπποσύνην* praeferam, dummodo *ην* terminatio in Doricam *αν* mutetur, ut *ἱπποσύναν* eo loco, non *ἱπποσύβην* legatur. Tum „verborum quorum stirps in *α* exit declinationem et vocabula quae a vocibus primam declinationem secutis aut a stirpibus verbalibus in *α* exeuntibus vel derivando vel componendo orta sunt”²⁾; huc pertinent: *κέκλαγε* 7; *δματήρες* 12, 1; *ἔκτα* 16, 1, 1; *στάσιεν* 16, 2, 13; *φασεῖς* 16, 3, 5; *πολύφαμος* 32, 2; *ἀδεῖν* 37, 1; *μνάστιν* — nam a *μνάομαι* derivatur — 64; *ἀγέται* 93. Contra *γεγλωσσαμένον* participium 17, 2 in dubium voco, quoniam a verbo adhuc ignoto *γλωσσάομαι* deduceretur necesse esset, nam etiam Doribus a *γλωσσέομαι* tantum *γεγλωσσημένον*, non *γεγλωσσαμένον* participium derivare licuit³⁾. Et *μῆμην* 68 epica vel Ionica est forma, nequaquam Dorica appellanda, quae *μέμην* sonuisset⁴⁾. Tertio loco enumeramus pronomina *ἄμιν* 16, 2, 7. 77; *ἀμίν* 16, 2, 26. 78; *ἀμός* 86, 2; *ἀμές*, *ἀμέων* 65. 66; adverbia *ἄδαν* 76, 4; *διαφράδαν* 16, 2, 22; *δοάν* 135⁵⁾; substantiva *Ἄως* Ionici *Ἥως* vicarium 16, 2, 11 et *Σελάνα* 48, 2⁶⁾; postremo singula vocabula haud pauca, quae finibus regulae strictae coercere nequivimus; sunt: *ἀμέρα* 16, 2, 24; [*εὐφάλιος*? 16, 2, 7]; *Λατοῖδας* 19; *μελεγᾶρος* 26, 1 — *γαρόω* in carminibus Pindari saepius exstat; — *δάμος* 33, 7. 49; *ζατεύω*, i. e. *ζητεύω*, 33, 8; *σίδαρος* 35; *κάρ* vice vulgaris *κῆρ* 56, 2, cujus vocis stirpem kar esse supra vidimus; *σάσαμος* 74, 3; *δάφιος* 79; *λάδος* 96; *κᾶδος*, 99, quae cuncta Ahrensius II, 136 sq. laudat et exemplis aliunde petitis illustrat. *θάκας* vero — Hermanno *θάκοις* mutare visum est — fr. 87 loco *θήκης*, genitivi vocis *θήκη*, a poeta non scriptum esse constat; nam „quaecunque a stirpibus verbalibus in *ε* exeuntibus descendunt servant vulgare *η*”⁷⁾, ut *συνθήρα* tabularum Heraclensium; sed *θάκος* idem est in Doride atque vulgare *θᾶκος*, de quo infra disputabitur. Contra permansit neque in *α* mutatum est secundum regulas ab Ahrensiō II, 145 sq. exploratas *η* terminationum *τηρ*, *ηρ*, *ης*; hinc: *θυγατήρ* 8, *δματήρ* 12, *ἀνήρ* 13, *θήρ* 20, *ὀλετήρ* 43; *νηλεής* 81, *νηλεγής* 26; porro *ην* terminationis in *ποιμήν* 25, 4, *Σειρήν* 7. Quamvis enim *Τροϊζῖν* testimonio Herodiani⁸⁾ nitatur et *φρασίη*, *φρήν* vocabuli dativum, Pindarus⁹⁾, *ποιμᾶν* ubique Theocritus habeat, tamen, quum et *φρήν* et *ποιμήν* Dores dixisse diserte a grammaticis tradatur¹⁰⁾, hinc concluderim Dorienses in hac terminatione pronuntianda a quadam inconstantia et vacillatione non liberos fuisse. Semper *η* retinuit etiam augmentum verborum per *ε* incipientium; itaque legitur *ἠράσθη* 33, 5; retinuit *κῆλης* vox, quacum conferas licet *λέβης* ab Ahrensiō II, 149 laudatum, retinuit participium aoristi verbi *μήδομαι* *μησαμέναι* 16, 2, 1¹¹⁾; tum vox *ἄρητος*, quacum compares velim *ρήτρα* tabularum Heraclensium 1, 145; deinde ut ubique sic apud Alcmanem quoque *η* integrum est in *μή* 38, 2;

¹¹⁾ cfr. Ahr. II, 122. — ¹²⁾ Curt. p. 161. — ¹³⁾ Ahr. II, 123.

¹⁾ Ahr. II, 129 sq. — ²⁾ id. l. c. — ³⁾ cfr. Ahr. II, 150. — ⁴⁾ v. Theocr. id. 10, 31: *ἐγὼ δ' ἐπὶ τὴν μεμῆνημαι*. —

⁵⁾ Ahr. II, 135. — ⁶⁾ ib. p. 134. — ⁷⁾ Ahr. II, 146. — ⁸⁾ ap. Eust. 287, 41. — ⁹⁾ Ol. 7, 24. — ¹⁰⁾ v. Ahr. II, p. 145. —

¹¹⁾ cfr. Ahr. II, 153.

in terminatione *ησιος*¹²⁾, quod *βροτήσιος* 47 et *Κερβήσιος* 82 testantur; porro in verbo *ἤμαι*, unde *ἦστο* 87¹³⁾; in voce *ἀκήρατος*¹⁴⁾, nec non in terminationibus *ημα* et *ησις*¹⁵⁾, quod vocabulis *μάθησις* 63 et *γειτόνημα* 116 comprobatur; tum in optativis¹⁶⁾ *εἴην*, *εἶη* 94, denique in voce *ἀηδών* 16, 2, 24, quoniam *η* ejus vocabuli natum est ex *ε*, quum stirps esset *ἀΐεδ*¹⁷⁾. *ἀκήρατος* autem fr. 16, 2, 5, si cum *κάρυξ* et *καρύσσω*¹⁸⁾ et *καρύκειον*¹⁹⁾ conferimus, ab Alcmane ex alia, certe non ex Dorica dialecto petitum esse censebimus. Denique *ποτήσθω* 16, 1, 16, *ποτῆται* 26, 3 a *ποτάομαι* et *δρυφῆται* 70 a *δρυφάω* derivata Doricam illam legem contrahendi sequuntur, quae vocales *αι* in *η*, non in *α* contrahi jubet²⁰⁾.

b) *η* vocalis pro *ει* diphthongo tantum in severiore dorismo reperitur et primo loco in eis quidem vocibus in quibus aut *ν* ante *σ* aut *σ* ante sequens *μ* vel *ν* aut consonis *σ* vel *ζ* vel *ϕ* olim ejectis vocalis genuina productione quam appellare licet suppletoria producta est, quum mitis dorismus ubique in his *ει* habeat, ut a vulgari lingua non discrepet. Jam singula vocabula apud Alcmanem exstantia, quae huc pertinere putavimus, enarrabimus; sunt: *ἤμεν* 16, 2, 11 infinitivus praesentis verbi *εἶναι*, ex pristino *εἶσ-μεν* natus et in mitiore Doride *εἶμεν* sonans²¹⁾; tum *χηρός* fr. 32, genitivus Dorici *χῆρ* locum vulgaris *χειρ* obtinentis, quum mihi persuasum sit et *χῆρ* quae est forma et Dorica et Lesbia, et Atticum *χειρ* genita esse e *χερ* radice²²⁾, quae per *ες* syllabam locupletata *χερες*, tum altero *ε* ejecto *χερς* fieret. Ut enim *χερ-λων* comparativus simplicis *χερ*radicis testis est, sic *χερε-λων* e *χερεσ-λων* contractum comparativum ex amplificato illo *χερες* nobis probato etiam nunc recludere licet. Ac quo modo e *Ἔσμα* severior dorismus *γῆμα*²³⁾, i. e. *Ἔμμα*, reliqui Graeci *εἶμα* formaverunt, eodem modo e *χερες* et *χειρ* et *χῆρ* orta sunt, quorum alterum genitivum *χειρός* secundum Iadis, alterum *χηρός* secundum Doridis leges habet. Vulgaris autem genitivus *χερός* a breviori stirpe *χερ* deductum esse quisque intelligit, quum formae nobis traditae Aeolicae *χέρρος* et *χέρρες* (gen. sing. et nom. plur.), in quibus litterae *ρρ* et *ρσ* assimilandi causa natae sunt, declinamenta sint illius stirpis *χερς*, quam *ε* ejecto e *χερες* correptam esse suspicati sumus. Quibuscum miro modo *χέρσ-ος* et *χέρρ-ος*, *χερσ-αῖος*, *χερσ-δ-νησος* voces concinunt, quippe quae omnes, quum tenacitatis et continendi notio eis insit, facillime a stirpe illa *χερς*, nullo modo a radice vocabuli *χῆρρος*, privatus, orbus, deriventur. Licet ad comparandum adhibere vocabula *θήρ* — Aeoles *φῆρ* dixisse proditum est — et *Κῆρ*, quorum illud ortum esse censemus e *θερ(ε)ς*, *θερς* stirpe amplificata brevioris *θερ* e Latina voce *fēr-us* enucleandi, hoc eodem modo a radice *κερ*, i. e. tondere, formatum arbitramur, praesertim quum *κερς* etiam nunc deprehendamus in *ἀ-κερσ-ε-κόμης* et *Κέρσ-ης*, nomine proprio cujusdam praedatoris²⁴⁾.

Postremo huc refero *κηρύλος* 26, 3, nomen avis maritimae, quod apud Atticos *κειρύλος* fuisse Hesychius²⁵⁾ tradidit. Persuasum enim mihi est utriusque vocis radicem illud *κερ*, quod modo laudavimus et quod in *κέρω* exstat, esse, ex hoc *κερ* amplificatione supra memorata *κερς* factum, hinc *κερσ-ύλος* vocabulum formatum, denique ex hoc et *κειρύλος* et *κηρύλος* voces ortas esse. Quum vero illam radicem *κερ*, priusquam *σ* initiale abjiceret, quondam *skar*, *sker* sonuisse²⁶⁾ vir doctissimus et harum rerum in primis peritus verisimile esse demonstrat, *κηρύλος* Alcmanis poetae fortasse eadem avis maritima est, quam Angli nostrae aetatis *skirr* appellant.

